



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

12 Vtrum Sacerdos debeat dare hostiam non consecratam peccatori  
occulto, hoc petenti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

ponentis & diuidentis, secundū quam format enunciationem, & utrumq; istorum per operationē intellectus constitutorum vocatur verbū cordis, quorum primum significatur per terminū incōplexū, secundum vero significatur per orationem. Manifestū est autē, q̄ omnis operatio intellectus procedit ab eo, secundum quod est factus in actu per speciem intelligibilem, quia nihil operatur, nisi secundum quod est actu. Vñ necesse est q̄ species intelligibilis quæ est principium operationis intellectualis, differat a verbo cordis, qd̄ est per operationem intellectus formatum, quis ipsum verbum possit dici forma, vel species intelligibilis sicut per intellectū constituta, prout forma artis quam intellectus adinuenit, dicitur quædam species intelligibilis.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ intellectus intelligit aliquid dupliciter. Vno modo, formaliter, & sic intelligit specie intelligibili qua fit in actu. Alio modo, sicut instrumento quo viuit ad aliud intelligendum, & hoc modo intellectus verbo intelligit, quia format verbum ad hoc quod intelligat rem.

AD SECVNDVM dicendum, quod cognitio sensus exterioris perficitur per solam immutationem sensus a sensibili. Vnde per formam quæ sibi a sensibili imprimitur, sentit, non autem ipse sensus exterior format sibi aliquam formam sensibilem, hoc autē facit vis imaginatiua, cuius formæ quodammodo simile est verbum intellectus.

ARTICVLVS X.

*Utrum ea quæ sunt ex timore sint voluntaria.*

Ysa. c. 6.

CIRCA tertium sic proceditur. Videtur, q̄ ea quæ sunt ex timore, non sint voluntaria. Necessitas n. voluntati contrariatur, vt d̄ in 5. metaph. sed ea quæ sunt ex timore, dicuntur ex necessitate fieri. non ergo sunt voluntaria.

SED CONTRA. Omne quod quis operatur propter finem, est voluntarium: sed ea quæ quis operatur ex timore, operatur propter finem. scilicet ad vitandum malum quod timet, sicut qui proicit merces in mare, vitat submergionem nauis. ergo huiusmodi sunt voluntaria.

RESPON. Dicendum, q̄ cum bonum sit voluntatis obiectum, hoc modo se habet aliquid ad hoc q̄ sit voluntarium, quo modo se habet ad hoc q̄ sit bonum. Contingit autem aliquid in vniuersali cōsideratum esse bonum, quod tamen secundum aliquas particulares circumstantias redditur malum, sicut generare filios est bonum, sed generare filios ex non sua vxore est malum. Et similiter contingit aliquid in vniuersali cōsideratum esse malū, quod tamen secundum aliquas particulares circumstantias fit bonum: sicut occidere secundum se est malum, sed occidere hominem perniciosum multitudini, est bonum. Et quia actiones circa singularia iudicantur bonæ, vel malæ, & per consequens voluntariæ, vel inuoluntariæ, simpliciter quidem consideratis singularibus circumstantijs, secundum quid autem secundum q̄ in vniuersali considerantur, ea quæ ex timore sunt in vniuersali quidem considerata, sunt mala & inuoluntaria: sed si considerentur secundum singularia quæ circumstant, sic sunt bona, & voluntaria, sicut proijcere merces in mare secundum se consideratum est malum, & nō voluntarium, sed in tali casu est bonum, & voluntarium. Vnde & Philos. dicit in 3. Ethic. quod huiusmodi mixta sunt ex voluntario, & inuoluntario, simpliciter autem sunt voluntaria: secundum quid autem

F inuoluntaria, ex necessitate facti.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVÆSTIO VI.

DEINDE circa sacramenta quaesitum est.

¶ Primò, De sacramento Eucharistia.

¶ Secundò, De sacramento penitentia.

¶ Tertio, De sacramento matrimonij.

¶ Circa Eucharistiam quaesita sunt duo.

G ¶ Primò, Vtrum forma panis annihiletur.

¶ Secundò, Vtrum sacerdos dare debeat hostiam non consecratam peccatori occulto hoc petenti.

ARTICVLVS XI.

*Utrum forma panis in sacramento Eucharistia annihiletur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ forma panis in sacramento Eucharistia annihilatur. Illud n. annihilari vñ, quod desinit esse, & in nihil conuertitur: sed forma panis facta cōsecratione desinit esse, nec est dare in quod cōuertatur non n. conuertitur in materiam corporis Christi, nec etiā in formam eius quæ est anima, alioquin anima esset ibi ex vi sacramenti. ergo forma panis annihilatur.

H ¶ 2. Præ. Aug. dicit super illud 1p. 17. Clarificatus parer &c. Si humana natura cōuertitur in verbum, si diligētius cogitamus, homo periret in Deo: sed illud annihilari d̄ quod perit. ergo si panis conuertitur in corpus Christi, videtur quod annihilatur.

SED CONTRA est, quia sicut Aug. dicit lib. 33. q. Deus non est actor tendendi in non esse: est autem actor sacramenti eucharistia. ergo in illo sacramento nihil annihilatur.

RESPON. Dicendum, q̄ annihilatio quædam modum d̄ importat. Omnis autē motus denominatur a termino ad quē. Vnde terminus annihilationis est nihil. Cōsecratio autē panis in sacramento eucharistia non terminatur ad nihil, sed ad corpus Christi, alioquin non esset dare quomodo corpus Christi incipiat esse sub sacramento. Non n. incipit ibi esse q̄ motū locale, alioquin desineret esse in celo. Relinquit ergo q̄ in cōsecratione panis nō est aliqua annihilatio, sed trās substantiatio panis in corpus Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut in generatione naturali neq; forma, neq; materia generatur, aut corrumpitur, sed totum compositum, ita etiā in sacramento altaris non est querendum scilicet de forma, aut materia in quid conuertatur, sed totus panis conuertitur in totum corpus Christi, in quantum est corpus, quia si in triduo mortis Christi fuisset cōsecratio facta, non fuisset ibi anima, sed corpus exanime, sicut in sepulcro iacebat.

K AD SECVNDVM dicendū, q̄ perire diceretur natura humana, si cōverteretur in verbum quantum esse desineret, quod pertinet ad terminum a quo, nō autem si annihiletur quantum ad terminū ad quem.

ARTICVLVS XII.

*Utrum sacerdos debeat dare hostiam non consecratam peccatori occulto hoc petenti.*

CIRCA secundum sic procedebatur. Vñ q̄ sacerdos debeat dare hostiam non consecratam peccatori occulto hoc petenti. Nō n. debet sacerdos peccatum

catum occultum publicare : publicaret autem si ei daret hostiam non consecratam, cum alijs socijs daret consecratam. ergo sacerdos non debet dare hostiam non consecratam peccatori occulto hoc petenti. ¶ 2. Præ. Hostia consecrata a sacerdote alicui fidelis porrecta, a circumstantibus adoratur. Si ergo exhibet hostiam non consecratam loco consecrate, quantum est in se, faciet populum idolatrare, quod est graue peccatum. nõ ergo sacerdos debet peccatori occulto petenti dare hostiam nõ consecratam.

SED CONTRA est, quia sacerdos est medicus animarum, sapiens autem medicus vitæ quantum potest, periculum infirmi quem accepit in cura peccatori autem, cuius curam habet, imminet magnum periculum, si in conscientia mortalis peccati corpus Christi accipiat, quia qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, ut dicitur i. Cor. 11. ergo sacerdos bene facit, si eius periculum euitet, porrigens ei hostiam non consecratam.

RESPON. Dicendum, qd veritati non est aliqua fictio adiungenda, quia nulla est conuentio lucis ad tenebras, vt Apost. dicit 2. ad Cor. 6. & propter hoc August. probat in li. 83. q. q. corpus Christi non fuit phantasticum, quia veritas quæ est Christus, nõ potuit fallere: & ideo in sacramentis Ecclesiæ nihil est per fictionem agendum, & præcipue in sacramento altaris, in quo totus Christus cõinetur. Eset autem quedam fictio, si hostia non consecrata loco consecrata daretur: & cum etiam sacerdos quantum in se est, populo fieret idolatræ occasio, q. quamuis peccatum idolatriæ non incurretur a iustis, probabiliter hostiam esse consecratam, tamen sacerdos in hoc quod hostiam non consecratam populo exhiberet adorandam, idolatriæ crimen incurret. Vnde hoc in nullo casu est faciendum, ut hostia non consecrata exhibeatur uni, vel pluribus tantquam consecrata. Debet ergo sacerdos peccatorem occultum primo quidem monere, ut penitentiam agat, & sic ad sacramentum accedat: q. si penitere noluerit, debet ei occulte inhihere, ne alijs comunicantibus in publico se immisceat, quod si se immisceuerit, debet ei dare hostiam consecratam.

Vnde prima duo concedimus.

ADVERTIVM dicendum, qd stultus esset medicus, qui cum maiori suo periculo minus periculum infirmi uellet impedire, puta, si uellet ipse venenum bibere, ne infirmus biberet minum. Multo aut magis peccat sacerdos fictione faciens in sacramento Christi, q. peccator indigne sumens. Vnde stultus esset sacerdos si, ut uiraret peccatõ subditi, ipse grauius peccaret, fictione faciens in sacramento ueritatis.

QVÆSTIO VII.

DEINDE circa sacramentum penitentiæ quaesita sunt duo.

¶ Primo, Vtrum prælatus debeat subditum suum ab administratione remouere, propter aliquid qd ab eo in confessione audiuit.

¶ Secundo, Vtrum in meliori statu moriatur ille qui moritur in uia eundi ultra mare, quam ille qui moritur in redeundo.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum prælatus possit subditum suum ab administratione remouere.

CIRCA primum sic proceditur. Vt q. prælatus possit subditum suum ab administratione re-

**A** mouere propter aliquid, quod ab eo in confessione audiuit, quia quod institutum est pro charitate, contra charitatẽ nõ militat: sed sigillum confessionis institutum est pro charitate. non ergo militat contra charitatem, ex qua tenetur prælatus salutem subditorum prouidere. Est autem quandoque contra salutem subditi, si ei administratio dimittatur, uel puta, si habeat occasionem recidendi in peccatõ. ergo non obstante sigillo confessionis prælatus debet eum ab administratione remouere.

SED CONTRA est, quia nihil est faciendum in preiudicium confessionis. Eset autem preiudicium confessionis, si subditus ab administratione remoueret propter crimen qd suo prælato confessus est, quia per hoc alij retraherentur a confitendo, non ergo debet prælatus subditum ad administrationem remouere propter peccatum quod ei confessus est.

RESPON. Dicendum, quod id quod per confessionem auditur, nullo modo est manifestandum nec uerbo, nec signo, nec nutu, nec etiam, aliquid est faciendum, unde in suspicionem peccati aliquis possit deuenire. Si ergo amorio subditi ab administratione possit inducere ad manifestandum peccatum in confessione auditum, vel ad aliquam probabilem suspicionem habendam de ipso, nullo modo prælatus debet subditum ab administratione remouere, puta, si in aliquo monasterio esset consuetum, q. priores non amouerentur de suis prioratibus nisi propter culpam, manifestaretur peccatum confitentis per remotionem ab administratione. Vnde si abbas hoc faceret, grauius peccaret tamquam confessionem reuelans. Posset tamen cum secreto charitatiue admonere, ut cum instantia peteret confessionem, si hoc uideret salutem eius expedire. Si uero per amotionem ab administratione peccatõ nullatenus manifestaretur, puta, si in aliquo monasterio esset consuetum quod abbas pro suo libito de facili aliquos ab administratione remoueret, tunc alia occasione accepta posset subditum sibi confessum ab administratione remouere, & deberet hoc facere, cõ debita tamẽ cautela si talis administratio esset subdito periculosa in posterum, quibus etiam & in hoc casu melius esset, q. eũ induceret ad confessionem petendam. Si uero periculum in posterum non timeretur, non oportet q. pro peccato preteritorõ per penitentiam deleto eũ ab administratione remoueret, sicut etiã Aug. dicit in lib. de adulterinis coniugijs. Cur adhuc deputamus adulteros, quos credimus penitentia esse sanatos? Quandoq. enim penitentes innocentibus meliores sunt.

**C** Et per hoc patet responsio ad obiecta.

**D** cessionem petendam. Si uero periculum in posterum non timeretur, non oportet q. pro peccato preteritorõ per penitentiam deleto eũ ab administratione remoueret, sicut etiã Aug. dicit in lib. de adulterinis coniugijs. Cur adhuc deputamus adulteros, quos credimus penitentia esse sanatos? Quandoq. enim penitentes innocentibus meliores sunt.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum melius moriatur cruce signatus, qui moritur in uia eundi ultra mare, quam qui moritur redeundo.

**A**D SECVDVM sic proceditur. Videtur quod melius moriatur cruce signatus qui in uia eundi ultra mare moritur, quam ille qui moritur redeundo. Qui enim moritur in eundo quasi proficundo uotum suum, ut se exponat morti pro Christo, & ita moritur, tamquam martyr moritur: qui autem moritur redeundo, non moritur in proposito se exponendo pro Christo, & ita moritur quasi confessor: sed maior est status martyrum quam confessorum, ergo in meliori statu moritur qui moritur in eundo, quam qui moritur in redeundo.

SED CONTRA. Qui moritur in redeundo, iam consummauit uotum suum: qui autem moritur in eundo, Quodlib. S. Tho. E 3 do,

Art. 38. q. 4. dist. 20. q. 1. artic. 2. q. 3. ad 4.

stiam  
centi.  
ilem.  
for  
libile  
in ni  
ione  
on. n.  
e. c. 2.  
a. effe  
lar.  
ca. me  
bum,  
sed i  
uerit.  
ur.  
83. q.  
urum  
amen  
mo  
atur a  
nis est  
chari  
bristi  
Christi  
esse p  
Relin  
ua. an  
Christi  
genera  
ita etiã  
orum  
sed tro  
sti. in  
Christi  
anima.  
natu  
om esse  
nõ au  
quem.  
im pet  
facet  
pecca  
os pec  
tum